



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 49. Victoriæ Ferdinandi in Regno Granatæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

**Sæcul. XV.** de periculo admoneret, sed iis patrui sui  
**A.C. 1486.** vindictæ relictis, ipse ferme solus præcipiti fuga ad Ferdinandum Arragoniæ Regem contuleret. Quapropter Rege adolescente Almeriam urbem vix egresso, Patruus per portam sibi ab Alfachensi bus traditam ingreditur, rectoque trame ad arcem convolat, eamque nemine obluctante occupat, & nobiliori ambitionis suæ victima nimirum suo Nepote jam fuga elapso, totum furorem suum in natu minorem adolescentis Regis fratrem effundit, eumque propria manu trucidat, eodemque crudelitatis impetu in ceteros Nepotis sui fautores defœvit, quos omnes capitali sententia plecti jussit, feritatis suæ Ministris adeo religiose jussa exequentibus, ut miserorum nullus quocunque pacto mortem redimere posset: hanc tamen insatiabili fœvitiam ipsimet Patrui clientes summopere detestabantur.

## §. XLIX.

*Victorice Ferdinandi in Regno Granatae.*

**Surit. l. 20.** Regius adolescens tanta Patrui sui crudelitate longe acrius ira accensus,  
c. 68.  
**Marian. l. 25** horrendis execrationibus, atque juramentis se, caputque suum devinxit, si unquam fratri sui, amicorumque mortem ulcisci

uleisci desisteret. Ferdinandum etiam Sæcul. XV.  
summus Pontifex impense hortabatur, A.C. 1486,  
ut infidelem hanc gentem penitus ex-  
scinderet; hic itaque novos induens ani-  
mos, exercitum suum in aciem educit,  
primoque impetu Cambitum, & Hara-  
vallam occupat, quæ munitissima oppi-  
da, atque opportuna Maurorum ad tuen-  
dam Jaenæ urbem propugnacula erant.  
Continuato dein victoriæ cursu Sabram  
vi cepit, & Loxam, quam urbem nul-  
lis armis expugnandam jactitabant, post  
obsidionem satis diuturnam certis con-  
ditionibus per ditionem accepit. Eo-  
dem fato Illora, Moclinum, Monsfrigidus,  
& Colomera urbes subactæ, atque His-  
panorum præsidiis munitæ sunt. Po-  
stea ipsemet Ferdinandus hisce trium-  
phis glorioſus Isabellam Castellæ Regi-  
nam conjugem suam Cordubæ, ubi Ma-  
riti sui adventum præstolabatur, inviſit,  
demandato interea exercitus sui imperio  
juveni Granatenſium Regi, ad cujus ve-  
xilla tanta confluxit Maurorum frequen-  
tia, ut ipsius conflato admodum copio-  
ſo milite res suas restaurare decerneret.  
Verum magnis conatibus haud secundus  
collusit eventus; quippe plures oppu-  
gnabat urbes, sed semper improspero  
Marte; poſtea ex improviso exercitum  
suum Granatenſi urbi admovit, atque sub  
primis noctis tenebris Albayzin, quod  
sub-

Sæcul. XV.  
A.C. 1486.

suburbium est a reliquo civitatis ambitu discretum, pervenit, atque illud nullo quidem suorum dispendio ingressus est, Muleyus tamen ejus Patruus Alhambræ muros omni ex parte tot munitiōnibus firmabat, ut Juveni Principi hostem suum inde propellendi omnis spes succisa esset.

### §. L.

*Belli progressus inter ambos Granatensum Reges.*

*Marian. l.c.* Muleyus, quod securitati suæ optime prospexit, haud contentus, Nepotem suum Albayzino propellere decrevit; ergo hostem suum adoritur, & obdione jamjam in quinquagesimum diem effluente Rex adolescens ad angustias redactus, missis ad Ferdinandum scialibus subsidia petiit, obtinuitque sclopetarios quingentos, qui ductore Ferdinando Henriquez impune Albayzinum ingressi sunt. Demum ipse Ferdinandus valido milite cinctus, Malacæ-Veliam versus contendit, eamque toto armorum apparatu obsedit: Unde Granata ingenti terrore concussa est, omnibus incolis sibi firmiter persuadentibus, capta hac urbe, cum Juvenis Rex jamjam Albayzinum occupasset, simul reliquam regni partem non evitanda ruinæ necessitate deper-